

Aug. lib. 6. contra Julian. cap. 3. *Sacramentum Circumcisionis in figura præcessisse Baptismatis, quis vel mediocriter sacris litteris eruditus ignoret. Datum est autem præceptum circumcisionis Abrahamæ, ut tum esset signum excellentis fidei in Abraham, tum ut esset signum rememorativum fœderis Dei cum Abraham Genes. 17. v. 11. Circumcidetis carnem præputii vestri, ut sit in signum fœderis inter me & inter vos. quod fœdus tria continebat promissionem seminis multiplicandi, terræ Chanaan & Messæ de ipsius semine nascituri, ideoque præceptum hoc comprehendebat Posteriores Abrahamæ per Isaac & Jacob descendentes. De effectu Circumcisionis & remedii Legis naturæ supra dictum est.*

DISPUTATIO XIX.

De Confirmatione.

Confirmatio est sacra illa Cæremonia, quâ Episcopus frontem baptizati inungit sacro Chrismate sub certa verborum forma; appellatur hic ritus Confirmatio: quia suscipientem confirmat, illique dat robur spirituale ad firmiter corde credendum, & ore constanter confitendum nomen christianum; vel quia confirmat & auget gratiam in Baptismo susceptam; vocatur in Script. & à SS. PP. etiam manûs impositio, quia in exercitio hujus Cæremoniæ manus confirmantis imponitur fronti confirmandi.

QUÆSTIO I.

An Confirmatio sit nova Legis Sacramentum à Christo institutum?

DICO I. *Confirmatio est speciale Sacramentum.*
S. Th. hæc Q. 72. a. 1. Q.

CON-

Conclusio hæc definita est à Trident. Sess. 7. de Confirm. Can. 1. *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otiosam esse Ceremoniam, & non potius verum & proprium Sacramentum &c. Anathema sit.*

Probatur : Ritus externus ad Gratiam significandam & causandam stabiliter institutus, & in Ecclesia usurpatus est verum Sacramentum; atqui ita se habet Confirmatio, nam Act. 8. v. 17. fit mentio de impositione manuum ab Apostolis factâ, per quam conferebatur Gratia sive Spiritus sanctus: *Tunc imponebant manus super eos & accipiebant Spiritum sanctum & v. 18. Cùm vidisset autem Simon: quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam; ergo Confirmatio est verum Sacramentum; Congruentiam hujus Sacramenti dat S. Th. Loc. cit. ex similitudine & proportionem ad vitam corporalem, ut sicut in vita corporali præter motum generationis, quo aliquis accipit vitam, est motus augmenti, quo quis perducitur ad perfectam ætatem, ita vitam spirituales homo accipit per Baptismum, qui est spiritualis generatio, & quasi ad perfectam vitæ spiritualis ætatem perducitur per Confirmationem, quæ augmentum præstat ad Gratiam.*

DICO 2. *Christus instituit hoc Sacramentum non exhibendo sed promittendo. S. Th. loc. cit. ad 1.*

Probatur : Ille solus instituit Sacramentum Confirmationis, qui signo sensibili annexit vim causandi Gratiam, ut dictum est de Sacramentis in genere; atqui solus Christus illam vim signo sensibili, quo confertur Sacramentum Confirmationis, annexit; ergo illud instituit non exhibendo id est administrando alicui quomodo insti-

tuit Eucharistiam & Ordinem, sed ejus effectum promittendo; tempus autem, quo instituit, videtur fuisse ultima Cœna: Tunc enim aliquod Sacramentum instituitur, quando designatur materia & forma Sacramenti; atqui Christus in ultima Cœna designavit Chrisma tanquam materiam hujus Sacramenti, & docuit Apostolos Chrisma conficere, & consequenter finem & usum illius, ut probatur ex Epist. Fabiani Papæ relatâ in Can. literis vestris 18. dist. III. de Consecr. ubi dicitur: in illa die Dominus Jesus postquam cœnavit cum discipulis fuit, & lavit eorum pedes sicut à SS. Apostolis prædecessore nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, Chrisma conficere docuit. Ex hac etiam ratione Ecclesia singulis annis Feriâ V. Hebdomadæ sanctæ in illius institutionis memoriam solet novum Chrisma conficere veteri combusto; attamen completè non fuit tunc hoc Sacramentum institutum: quia tunc Sacramentum completè instituitur, quando traditur potestas conferendi Sacramentum; atqui illa tradita fuit Apostolis post resurrectionem, quando Christus Joan. 20. v. 21. Apostolos in Episcopos consecravit his verbis: *sicut misit me Pater. & ego mitto vos.* Usus verò hujus Sacramenti a tempore Pentecostes incepit: quia per Confirmationem significatur robur & plenitudo Spiritûs sancti, quæ fuit data in die Pentecostes.

Obj. I. Hoc Sacramentum in Scriptura appellatur manuum impositio, hæc autem illo tempore debuit institui, quo primò legimus manus impositas; atqui hoc factum est à Christo ante passionem, Matth. 19. dum pueris manus imposuit.

R. Illam manuum impositionem non fuisse confirmativam sed benedictivam: cum ex illis pueris

pueri
capac
positi
Marc.
bene k
mente
Ordin
neglige
cum in
firmat
manus
Obj
tum à
materi
habet.
Apost
tionem
formæ
R.
mentio
men ex
1. dici
Christo
& dedi
2. v. 2
in vobis
Confir

Qua
D
hic Q.
Con. F

pueris multi non fuerint baptizati, ac proinde incapaces Confirmationis, varia autem manuum impositio in Scriptura invenitur: ut curativa, de qua Marc. ult. v. 18. *Super egros manus imponent, & bene habebunt*, reconciliativa, quæ fit in Sacramento Pœnitentiæ; ordinativa, quæ fit in sacra Ordinatione, de quâ 1. ad Tim. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyterii*. Denique confirmativa, de qua Act. 8. v. 17. *Tunc imponebant eis manus, & accipiebant spiritum sanctum*.

Obj. 2. Si Confirmatio esset verum Sacramentum à Christo institutum, haberet determinatam materiam & formam à Christo, illam autem non habet: quia in Actis Apostolorum dicitur, quòd Apostoli contulerint Spiritum sanctum per impositionem manuum, nullâ factâ mentione alicujus formæ prolatæ vel adhibitæ Unctionis.

R. Quamvis in Actis Apostolorum non fiat mentio determinatæ formæ vel Unctionis, illa tamen ex aliis locis probari potest, nam 2. ad Cor. 1. dicit Apostolus: *Qui confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*. 1. Joan. 2. v. 27. *Unctio, quam accepistis ab eo, maneat in vobis*, & ex hoc ultimo textu probatur character Confirmationis.

QUÆSTIO II.

Quanam materia & forma Confirmationis?

DICO 1. *Ad hoc Sacramentum requiritur Chrisma per Episcopum consecratum*. S. Th. hic Q. 72. a. 3. arg. sed contra. Ità definitum in Con. Flor. & Trid. Sess. 7. can. 2. de Confirmat.

Si quis dixerit, injurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, Anathema sit. & quidem de Essentia Sacramenti est 1^{mo} Admixtio balsami; quia Concilium Flor. & Trid. utriusque balsami & olei mentionem facit, & necessitatem utriusque probat universalis Ecclesiæ consuetudo, quæ arguit Apostolicam Traditionem juxtà illam Regulam Augustinianam, quod univèrsa tenet Ecclesia, nec à Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi Authoritate Apostolicâ traditum rectissimè creditur. Adde, si oleum purum adhiberetur, falsificaretur forma Sacramenti, in qua dicitur: Confirmo te Chrismate salutis; nomine Chrismatis autem non intelligitur purum oleum, sed mixtum balsamo tali mixtione, ut partes olei qualitates balsami præcipuè odorem receperint. 2^{dò} Debet Chrisma de necessitate esse benedictum ab Episcopo, ut etiam ex declaratione Conciliorum & perpetuo usu Ecclesiæ probatur; ex quo sequitur nequidem Summum Pontificem dispensare posse, ut Chrisma à simplici Sacerdote benedictum sit valida materia hujus Sacramenti; cum Pontifex nequeat mutare materias, & nunquam ab aliquo dispensatum fuit, quod signum est, talem potestatem à Christo Summo Pontifici minimè concessam esse. Licet autem de jure divino requiratur Benedictio Episcopi, formam tamen Benedictio- nis reliquit Christus Ecclesiæ determinandam, unde licet Episcopus sub gravi peccato debeat servare ritum benedictionis ab Ecclesia præscriptum, at tamen ad valorem sufficit qualiscunque benedictio.

Obj. 1. Apostoli dabant fidelibus hoc Sacramentum solâ manuum impositione absque Chrismate,

mate,
 Spiritu
 R.
 Ho date
 trordin
 ipsi, Ap
 aliis vi
 ad 1. A
 batur e
 ritus sa
 Deo effe
 mento c
 materia
 autem t
 mentum
 formâ e.
 Obj.
 lib. 1. ti
 matio,
 oleum a
 der, ni
 quod it
 cessitate
 balsamo
 pore nu
 R. E
 caurè su
 ctionis p
 matis,
 deatur i
 ex sua n
 DICO
 & confir
 Filii &
 Sacrame

mate, & ipsi Apostoli die Pentecostes acceperunt Spiritum sanctum sine Chrismate; ergo.

R. Rem hujus Sacramenti sive effectum à Christo datum Apostolis esse in die Pentecostes viâ extraordinariâ & extrâ Sacramentum, qualiter etiam ipsi Apostoli rem hujus Sacramenti quandoque aliis viâ extraordinariâ dederunt, S. Th. hic a. 4. ad 1. *Per ministerium Apostolorum quandoque datur effectus hujus Sacramenti scilicet plenitudo Spiritus sancti quibusdam visibilibus signis miraculosè à Deo effectis, qui potest effectum Sacramenti sine Sacramento conferre, & tunc non erat necessaria, nec materia nec forma hujus Sacramenti; quandoque autem tanquam ministri Sacramentorum hoc Sacramentum præbebant, & tunc sicut materiâ ita & formâ ex mandato Christi utebantur.*

Obj. 2. In Cap. 1. de Sacram. non iterandis lib. 1. tit. 16. Innoc. III. interrogatus: an Confirmatio, in qua per errorem loco Chriftatis purum oleum adhibitum fuerat, deberet iterari, respondet, nil esse iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum; ergo de necessitate Sacramenti non est balsamum, aliàs sine balsamo totum Sacramentum iterandum foret utpote nullum.

R. Eo ipso, quòd Pontifex mandet defectum cautè supplendum, vult etiam loco prioris Unctionis puro oleo factæ adhiberi unctionem Chriftatis, cautè tamen, ne cum aliorum scandalo videatur iterari Sacramentum Confirmationis, quod ex sua natura non est iterabile.

DICO 2. *Predicta forma (Consigno te signo crucis & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, amen) est conveniens huic Sacramento.* S. Th. hic Q. 72. a. 4. O.

Explicatur & probatur : Illa forma est conveniens Sacramento Confirmationis, in qua causa & effectus Sacramenti aptè exprimuntur; atqui in hac forma: in qua præter expressionem personæ confirmantis & confirmatæ ad modum aliorum Sacramentorum in usu consistentium, essentialis est tum expressio sanctissimæ Trinitatis, tum signaculi Crucis, tum Unctionis per Chrisma; exprimitur causa & effectus hujus Sacramenti; ergo. Mi. probatur: Forma Sacramenti debet esse determinativa actionis sacramentalis ad significandos effectus proprios Sacramentorum; atqui hoc non haberet forma Confirmationis, nisi illa tria exprimeret; quia per Confirmationem baptizatus designatur in Militem Christi, accipit robur ad fidem & gratiam, quam accepit in Baptismo retinendam, & absque timore & verecundia confitendam, ergo in forma Confirmationis imprimis debet exprimi præcipuè fidei mysterium Ss. Trinitatis per verba: *In nomine Patris &c.* Deinde signum Redemptionis nostræ, sub qua militare debemus per verba: *Consigno te &c.* Denique robur Spiritûs sancti, quod vi hujus Sacramenti confertur & significatur per verba: *Confirmo te &c.* unde hæc forma substantialiter mutaretur, si pro *Confirmo* diceretur *Inungo*.

Obj. In Conciliis & sanctis Patribus hæc forma non reperitur expressa; ergo non est essentialis.

R. Transmisso antecedente negando Conseq. ideo enim Concilia & sancti Patres illam expressè non retulerunt, ne mysteria nostræ Fidei infidelibus propalata vilescerent, & quia sufficit illam sciri à Ministris videlicet Episcopis.

Ritus & forma accidentaliter hujus Sacramenti consistit in hoc, imò Debet Chrisma eodem anno Feriâ

V.

V. in C
addo, L
morian
quod ce
Christo
il ligatu
immed
combur
zatum
cognati
debet u
rit. in 6
Confir
cognati
nus esse
necessit
matus,
neat, p
Juxta ca
In Bapt
cipere in
matus.

An Un

DIC
S. Th. l
Confir
pobene
Rati
confite
teriam r

V. in Cœna Domini ab Episcopo esse benedictum. 2dò. Levem alapam infligit Episcopus, tum in memoriam hujus Sacramenti. tum ad significandum, quòd confirmatus paratus esse debeat ad injurias pro Christo constanter ferendas. 3tiò Frons confirmati ligatur tela lineâ, cujus partes sacrum Chrisma immediatè tangentes post frontis ablationem sunt comburendæ. 4tò Adhibetur Patrinus, qui baptismatum teneat & Episcopo præsentet, indeque cognationem spirituales contrahat. Porro is esse debet unus non plures juxtà cap. ult. de cognat. spirit. in 6. lib. 4. tit. 3. qui confirmati frontem post Confirmationem abluit, non est Patrinus neque cognationem contrahit. Deinde debet hic Patrinus esse distinctus à Patrino Baptisimi, nisi aliud necessitas suadeat. Denique debet esse confirmatus, ità ut si non confirmatus confirmandum teneat, nullam cognationem spirituales contrahat. Juxtà cap. in Baptismate CII. de Conf. dist. IV. *In Baptismate vel in Chrismate non potest alium suscipere in filiolum, qui non est baptizatus vel confirmatus.*

Q U Æ S T I O II.

An Unctio debeat fieri in fronte per Chrisma ab Episcopo consecratum?

DICO *In hoc Sacramento homo . . . convenienter signatur Chrismate signo crucis in fronte.* S. Th. hìc Q. 72. a. 9. O. Sive materia proxima Confirmationis est Unctio per Chrisma ab Episcopo benedictum in modum crucis in fronte facta.

Ratio est: Quia materia proxima Sacramenti consistentis in usu est actio, quæ versatur circa materiam remotam, & proximè significatur & determinatur

minatur per formam; atqui talis actio in Confirmatione est Chrismatio seu Unctio Chrismatis, ut patet ex Pontificali Romano dicente: Episcopus per pollicem Chrismati intinctum signo crucis signet confirmandum.

Porro de necessitate Sacramenti est: *1mò*, Ut unctio fiat per modum crucis: quia illa pertinent essentialiter ad materiam confirmationis, quæ ex institutione Christi pertinent ad practicè significandam gratiam hujus Sacramenti; atqui ad hoc pertinet, ut fiat unctio in formam crucis, quæ etiam exprimitur per ipsam formam confirmationis: *Consigno te signo crucis &c.* gratia quippe hujus Sacramenti est ad fortiter & palam absque timore & verecundia confitendam fidem & crucem Christi. *2dò*, Debet unctio fieri in fronte: quia juxtà Con. Flor. ideò in fronte, ubi sedes est verecundiæ, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè crucem ejus, quæ Judæis est scandalum, gentibus autem stultitia. Juxtà Apostolum. *3tio*, Debet inunctio immediate fieri per manum ministri: quia hoc Sacramentum vocatur à sanctis Patribus manuum impositio, & juxtà Innoc. III. in cap. un. §. per frontis. de sacra Unct. Lib. 1. tit. 15. *Per frontis Chrismationem manûs impositio designatur*; atqui si inunctio fieret mediante aliquo instrumento & non immediate per manum ministri non posset dici manuum impositio. De necessitate autem Sacramenti non est, ut unctio fiat per pollicem manus dexteræ & Chrismate novo, quod illo anno consecratum fuit: quia cum his cæremoniis nulla insit specialis significatio, nullum est fundamentum astruendi, hæc esse de necessitate Sacramenti. Necessitate verò præcepti Ecclesiastici debet fieri per pollicem manûs dexteræ, ut patet ex Pontificali Romano. Q.

Q.
R.
est Cha
Obj.
Can. m
Manus
non pose
sequen
R. D
August.
reconcil
ibidem
Aug. ve
hominem
2dus
quendo
& Scrip
mentum
& pleni
augmen
bet grat
fide & r
a. 7. ita:
sanctus a
recollis,
per impos
sum est a
Spiritus
ciente;
faciens o
per se ad
firmame
nis signi
datur ad
ideò not

Q. Quinam sint effectus hujus Sacramenti?

R. Tres sunt hujus Sacramenti effectus: **1mus** est Character, ut patet ex dictis de Characterem.

Obj. S. Aug. L. 3. de Baptif. cap. 16. relatus Can. manus 74. Caus. I. Q. I. disertis verbis dicit: *Manus autem impositio non sicut Baptismus repeti non potest; Ergo confirmatio iterari potest, & consequenter Characterem non imprimit.*

R. Manuum impositio, quam iterari posse dicit August. non est manus impositio confirmatoria, sed reconciliatoria sive Sacramentum pœnitentiæ. Uti ibidem Gl. V. Impositio. Et patet ex subjunctis S. Aug. verbis: *Quid est enim aliud nisi oratio super hominem.*

2dus effectus est gratia habitualis per se loquendo major gratiâ Baptismali, ut constat ex PP. & Scriptura antonomasticè dicentibus: Per Sacramentum Confirmationis conferri Spiritum sanctum & plenitudinem gratiæ. Sive effectus secundus est augmentum gratiæ habitualis quatenus annexas habet gratias actuales & est roborativa animæ in fide & religione Christiana. Probat hoc S. Th. hic a. 7. ita: *In hoc Sacramento datur baptizato Spiritus sanctus ad robar, sicut Apostolis datus est in die Pentecostes, ut legitur Act. 2. & sicut dabatur baptizatis per impositionem manuum, ut dicitur Act. 8. Ostensum est autem in prima parte, quod missio seu datio Spiritus sancti, non est nisi cum gratia gratum faciente; unde manifestum est, quod gratia gratum faciens confertur in hoc Sacramento; Non quidem per se ad remissionem culpæ, sed ad augmentum & firmamentum justitiæ, sicut enim ex ipsius nominis significatione compertum est, hoc Sacramentum datur ad confirmandum, quod prius invenerit, & idè non debet dari illis, qui non habent gratiam.*

Dixi

actio in Confir-
matione Chrifti,
ante; Episco-
pali signo crucis

imò, Ut
pertinent

quæ ex
significan-

hoc per-

quæ etiam

onis: Con-

ius Sacra-

ore & ve-

n Chrifti,

iuxta Con-

secundiæ,

ven confi-

, quæ Ju-

ditia juxta

immediate

sacramentum

impositio, &

ntis, de lecta

Chriftianum

nunctio fieri

immediate per

inuum impositio-

nti non est, ut

extera & Chrift-

atum fuit; quia

ialis significatio,

hæc esse de ne-

verò præcepti

n manus dexte-

Q.

Dixi: per se loquendo: Quia juxta D. Angel. l. cit. ad 2. Si aliquis adultus in peccato existens, cujus conscientiam non habet, vel si etiam non perfectè contritus accedat, per gratiam collatam in hoc Sacramento consequitur (per accidens ut Scholastici loquuntur) remissionem peccatorum.

Obj. Quando Apostolis in die Pentecostes & primis Christianis per impositionem manuum datur Sacramento Confirmationis, accipiebant donum linguarum, prophetiæ, miraculorum, ut legitur in Actis Apost. ergo effectus hujus Sacramenti non est gratia gratum faciens, sed dona gratiæ gratis datæ.

2. Tametsi ille effectus quandoque fuerit conjunctus cum hoc Sacramento, proprius tamen effectus confirmationis, quem semper operatur in omni non ponente obicem, est robur spiritus sancti, seu gratia, quâ homo roboratus fidem fortiter profiteatur, & in eâ persistat, non obstantibus impugnationibus tam visibilibus quàm invisibilibus.

3. *ius* effectus est cognatio spiritualis inter confirmantem & Patrinum ex una. Et inter confirmatum & parentes ejus ex altera parte, nec ultra has personas juxta Trid. sess. 24. cap. 2. de Reform. Matr. extenditur: Congruentia hujus à S. Th in Supple. q. 56. a. 2. ad 1. adducta est quod sicut duplex est generatio naturalis: una in utero, altera ex utero;

ita etiam fit duplex generatio spiritualis, una quasi in utero Ecclesiæ per Baptismum, altera ex utero per confirmationem.

QUÆSTIO IV.

*An omnes teneantur recipere Confirmationem
& à quo?*

DICO I. *Etiam morituris hoc Sacramentum dandum est, ut in resurrectione perfecti appareant. . . Ex idè Hugo de sanct. Viçt. dicit: Omnino periculosum esset, si ab hac vita sine Confirmatione migrare contingeret: non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur. S. Th. hic Q. 72. a. 8. ad 4. Sive omnes baptizati Sacramenti Confirmationis sunt capaces, sed de ea suscipienda non est præceptum.*

Prima Pars colligitur Tum ex Actis Apostolorum, in quibus omnes baptizati accipiebant Spiritum sanctum tum ex Can. 1. dist. V. de Consecr. ubi Urbanus P. dicit: Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut planè Christiani inveniantur; Ideoque ab hoc Sacramento nec infantes nec amentes excluduntur, & antiquitus post Sacramentum Baptismi statim conferebatur hoc Sacramentum etiam ante adeptum usum rationis, hodie tamè hoc Sacramentum pueris adepto usu rationis confertur.

Ratio est: Quia in primitiva Ecclesia non erat tam facilis occasio conferendi hoc Sacramentum, & post adeptum usum rationis poterat urgere gravis Tyrannorum persecutio, nunc autem pro majore hujus Sacramenti honore & utilitate recipientium, siquidem usum rationis habentes per proprios actus ad accipiendam uberiorem gratiam hujus Sacramenti se disponere possunt, hoc Sacramentum post annos discretionis confertur; in locis tamen, ad quos Episcopi rarò pervenire solent, hoc Sacramentum

mentum etiam infantibus confertur. Perpetuò tamen amentibus non videtur esse conferendum: quia gratia in ordine ad fidem profitendam nunquam uti poterunt.

Secunda Pars probatur: Quia neque de præcepto divino neque Ecclesiastico constat, unde S. Th. in 4. Dist. 7. Q. 1. a. 1. dicit: Aliqua Sacramenta esse necessaria, velut sine quibus non potest homo in vita spirituali vivere *quædam autem sine quibus non potest consequi aliquem effectum, qui est ad bene esse spiritualis vita, & hoc modo confirmatio & omnia alia sunt necessaria*. Et ad 1. est plenitudo Christiana gratia sufficiens ad salutem & hæc datur in Baptismo: & est plenitudo copie gratie ad fortiter resistendum contra pressuras mundi: & hæc datur in Confirmatione: & sine hæc potest esse salus. Ex quibus S. Doctoris verbis infertur, quod Confirmatio non sit Sacramentum necessitatis sed utilitatis. Similia habet hic a. 1. ad 3. *Adde*: Si esset aliquod præceptum suscipiendi hoc Sacramentum, Ecclesia fideles astringeret ad susceptionem hujus Sacramenti, maximè in articulo mortis; hoc autem non fit juxta communem sensum & usum Ecclesiæ, licet aliàs morituris hoc Sacramentum conferri possit: cum sint capaces recipiendi plenitudinem gratie, & etiam expediat illis ad accipiendam majorem gloriam; quod autem communiter non confirmantur, ideò est, quia id commodè fieri nequit. Aliàs habetur exemplum in S. Carolo Borromæo Cardinale & Episcopo Mediolanensi, qui etiam pestiferis hoc Sacramentum administravit. *Dixi*: Non esse præceptum per se obligans: quia per accidens potest esse gravis obligatio suscipiendi Sacramentum Confirmationis. Nam imò ratione formalis vel virtualis contemptus potest esse peccatum

tum mo
ideò ill
puerile
scandali
Sacram
nausa ra
intermit
tendi fi
præmun
trament
nesque C
firmatio
Trid. cet
Primâ
Confirma
peccatur
nem non
Obj
effectum
sectè Ch
perfectè
suscipien
æ. H
nom, n
nim ob
quoad a
sancti, q
Obj. 2
secc. dici
regenerat
sunt confi
æ. Ho
pliciter ta
modo dic
Obj. 3

tum mortale hoc Sacramentum negligere, ut si quis idè illud omittat, quia reputat esse cæremoniam puerilem suâ personâ indignam. 2dò, Ratione scandali potest esse grave peccatum omissio hujus Sacramenti: ut cum quis de fide suspectus absque causa rationabili hujus Sacramenti susceptionem intermittit. 3tò, Si instet grave periculum amittendi fidem, nisi quis se hoc Sacramento præmuniat gravis est obligatio suscipiendi hoc Sacramentum. 4tò, Qui primam Tonsuram ordinesque susciperent non præmissis Sacramentis confirmationis peccarent contra decretum Concilii Trid. sess. 23. de Reform. cap. 4. ubi præcipit: *Primâ Tonsurâ non initiuntur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint.* 5tò Effet ad minus peccatum veniale ex aliquo torpore confirmationem non suscipere.

Obj. 1. In Can. 1. Dist. V. de Consecr. dicitur effectum Confirmationis esse facere hominem perfectè Christianum; atqui quilibet obligatur esse perfectè Christianus; ergo quilibet obligatur ad suscipiendum Sacramentum confirmationis.

R. Hoc Sacramentum facere perfectè Christianum, non perfectione quoad substantiam, hæc enim obtinetur per baptismum, sed perfectione quoad abundantiam & plenitudinem Spiritus sancti, quod est consilii non præcepti.

Obj. 2. In Can. Spiritus sanctus 2. Dist. V. de Consecr. dicitur: *Quamvis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia.*

R. Hoc Sacramentum non esse necessitatis simpliciter talis, sed secundum quid, sicut utilia suo modo dicuntur necessaria.

Obj. 3. In Can. de his 3. ibid. dicitur: de Baptismo

XIX.
 nterur. Perpeuo
 esse conferendum:
 roficendam nun-
 neque de præ-
 stat, unde S.
 aliqua Sacra-
 s non potest
 n autem sine
 m, qui est
 confirmatio
 et plenitudo
 et hac datur
 ad fortiter
 ac datur in
 s. Ex qui-
 onfirmatio
 itatis. Si-
 set aliquod
 m, Ecclesia
 hujus Sacra-
 oc autem non
 ecclesia, licet
 onferri possit:
 dinem gratia,
 dam majorem
 ter non con-
 idè fieri nequit,
 solo Borromæo
 ensi, qui etiam
 istravit. Dixi:
 ns: qui per ac-
 o suscipiendi Sa-
 am 1mò ratione
 potest esse pecca-
 tum

tismo & Confirmatione *ut conjuncta sunt hæc duo Sacramenta, ut ab invicem (nisi morte præveniente) nullatenus segregari possint & unum sine altero rite perfici non potest.*

℞. Sacramentum confirmationis non potest perfici sine Sacramento Baptismi, non tamen e contra; & licet hæc duo Sacramenta segregari in superviventibus post Baptismum non debeant, videlicet eo debito, quo quis valdè utilia negligere & seipsum notabili profectu spirituali fraudare non debet, possunt tamen etiam absque culpa segregari

Obj. 4. Catechismus Rom. de hoc Sacramento loquitur: atque illud imprimis docendum, hoc Sacramentum ejusmodi necessitatem non habere, ut sine eo quis salvus esse non possit, quanquam verò necessarium non est, à nemine tamen debet prætermitti, sed potius cavendum est, ne in re sanctitatis plena, per quam nobis divina munera tam largè impertiuntur, aliqua negligentia committatur. *Adde:* Facultas Parisiensis anno 1631. damnavit hanc propositionem tanquam scandalosam in maximum Sacramentum contemptum: omnes Theologi dicunt Confirmationem non præcipi, nisi cum commodè haberi potest vel sicut alii dicunt commodissimè, quando sine ullo vel minimo prorsus incommodo.

℞. Negligentia in hoc Sacramento suscipiendo, dum datur illius suscipiendi opportunitas, semper est culpabilis, plus autem non voluit Catechismus nec Facultas Parisiensis.

DICO 2. *Collatio hujus Sacramenti Episcopis reservatur... ex plenitudine potestatis concessit beatus Greg. Papa, quod simplices Sacerdotes hoc Sacramentum conferrent. S. Th. hic Q. 71. a. II. O. & ad 1.*

Pr
fir car
ordinar
queme
batur e
non nil
te ad r
pventia
firmatio
fidelium
Sacrame
suprema
nempe
tionem
unde Ep
gradatus
consecra
quia mi
dinis Ep
venit. E
consecra
non est
tum mi
ut Episc
unitate
quia lic
præcept
cere, n
eriam qu
Sacrame
ceci Tric
aliena D
ne, id e
ptio De
quo Sacr
Pars

Prima Pars est definita à Trid. Sess. 7. de Con-
fir. can. 3. *Si quis dixerit, sancta Confirmationis
ordinarium Ministerium non esse solum Episcopum, sed
quemvis simplicem Sacerdotem, Anathema sit, pro-
batur* ex perpetua Traditione & Actis Apost. ubi
non nisi ab Apostolis leguntur manus fuisse imposi-
tae ad recipiendum Spiritum sanctum. *Ratio con-
gruentia est* ex S. Th. quia per Sacramentum Con-
firmationis significatur perfectio & consummatio
fidelium in gratia; ergo congruens fuit, ut illud
Sacramentum ab illis administraretur, qui gerunt
supremam potestatem in Corpus Christi mysticum,
nempe Episcopis. Porro ad validam administra-
tionem requiritur, ut Episcopus sit consecratus,
unde Episcopus excommunicatus, hæreticus, de-
gradatus, nondum confirmatus, dummodo sit
consecratus, validè hoc Sacramentum ministrat;
quia ministerium Confirmationis à caractere Or-
dinis Episcopalis, qui indelebiter in hæret, pro-
venit. Contra Episcopus confirmatus sed nondum
consecratus invalidè confirmat: quia Confirmatio
non est actus jurisdictionis, sed ordinis. Ad lici-
tum ministerium hujus Sacramenti requiritur 1^o
ut Episcopi in sua Diœcesi pro temporum oppor-
tunitate sæpius hoc Sacramentum administrent:
quia licet susceptio hujus Sacramenti non sit de
præcepto, est tamen obligatio Pastorum oves pas-
cere, non tantum in iis, quæ sunt necessaria sed
etiam quæ sunt utilia. 2^o Debent Episcopi hoc
Sacramentum solùm administrare in propria Diœ-
cesi Trid. Sess. 6. cap. 5. de reform. advenas ex
aliena Diœcesi confirmare possunt ex præsumptio-
ne, id esse gratum propriis advenarum Episcopo,
3^o Debet adhiberi chrisma recens illo anno,
quo Sacramentum administratur consecratum. 4^o

Debent die præcedenti jejunare : quia sicut in can. ut jejuni 6. ordinatur, ut jejuni sint illi, qui confirmantur, ita in can. ut Episcopi 7. dist. V. de consecr. disponitur, *Ut Episcopi non nisi jejuni per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis & morte periclitantibus*, quod tamen aliqui dicunt esse puri consilii.

Secunda Pars refertur in Can. pervenit 1. dist. XCV. in quo Greg. *Ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos Chrismate tangere debeant, concedimus* : sanctum Gregorium secuti sunt alii Pontifices dando Missionariis in Indiis, ubi pauci sunt Episcopi, facultatem confirmandi cum chrismate tamen ab Episcopo benedicto.

Sed difficultas est : cum potestas ministrandi hoc Sacramentum proveniat à characterè, si character sacerdotalis sufficiat ad ministrandum Sacramentum Confirmationis, simplex Sacerdos etiam absque delegatione summi Pontificis validè confirmare poterit, quod tamen nullus admittit.

Ad quod addetur, quòd Episcopo competat adæquata potestas confirmandi, Presbytero verò inadæquata per commissionem summi Pontificis; atque ita confirmare est actus characteris Episcopalis, si fiat potestate ordinariâ, est autem actus characteris sacerdotalis, si fiat potestate extraordinariâ; ideoque summus Pontifex committens simplici Presbytero exercitium confirmandi non mutat ministrum : cum extraordinarius minister à Christo electus sit Presbyter dependenter tamen à commissione solius summi Pontificis, non alterius Episcopi. Hinc simplex Presbyter nullâ consuetudine potest præscribere, ut sine commissione summi Pontificis confirmet : quia non potest con-

trà Jus Divinum præscribi, aut potestas ordinis consuetudine acquiri.

Obj. Ex dispensatione summi Pontificis non potest simplex Sacerdos conficere sacrum Chrisma; ergo etiam non poterit ex dispensatione confirmare: multò enim majus est conficere Sacramentum, quam præparare solam materiam illius.

R. Negando consequentiam: ad probationem disparitas est: quia cum non ubique possint haberi Episcopi, necessitas exigebat, ut summo Pontifici concederetur à Christo potestas ministerium hujus Sacramenti concedendi Sacerdoti, quo casu character Episcopalis, etsi non adæquatè, inadæquatè tamen ratione chrisomatis ab Episcopo benedicti influit in Sacramentum Confirmationis, non est autem talis necessitas, ut facultas benedicensi chrisma simplici Presbytero committatur: quia sacrum chrisma ab Episcopo benedictum de loco in locum deportatur facilè; & si simplex Sacerdos etiam sacrum chrisma conficere posset, jam character Episcopalis nequidem inadæquatè influeret in Sacramentum Confirmationis, quod foret contra institutionem Christi, qui voluit proprium esse Ordini Episcopali hoc Sacramentum administrare.

Q. An Papa electus sed nondum consecratus possit simplici Presbytero potestatem confirmandi concedere?

R. Affirmativè: Quia talis concessio non est actus Ordinis sed Jurisdictionis, quæ competit Papæ, quamprimum legitimè electus est, simile est in Episcopo nondum Sacerdote vel consecrato dante facultatem absolvendi.